



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum liberum arbitrium sit in Deo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

in eis esset libertas aliqua, & iudiciū aliq̄; non tñ sequeret qđ esset in eis libertas iudicij, cū iudicium eorum sit naturaliter determinatum ad unum.

Ad IIII. Dicendū, quod incipere a uisione uel esse ex nihilo, non assignat Damasc. causam libertatis arbitrij: sed causam flexibilitatis liberi arbitrii in malum; causam autem liberi arbitrij assignat tam Damasc. quam Greg. quam August. rationem.

Ad V. Dicendum, quod quamuis potentia motiua in brutis non sit determinata ad unum: tamē iudicium eorum de agendis est determinatum ad unum, ut dictum est.

Ad VI. Dicendum, quod cum bruta sint facta in obsequiū hominis, s̄m hoc de brutis disponitur, quod hominibus expedit propter quos facta sunt. puniunt ergo bruta lege diuina non propter hoc, quod ipsa peccēt, sed propter hoc quod ex eorum poena homines puniantur in eorum possessione, uel terreatur ex ipsa poenę acerbitate, uel etiam instruuantur ex mysterij significatione.

Ad VII. Dicendum, quod tam homines quam bruta beneficijs inducuntur, & flagellis prohibentur, uel præceptis & prohibitionibus: sed diuersimode; quia i potestate hominum est, ut eisdem rebus similiter representatis, siue sint præcepta & prohibitiones, siue sint beneficia & flagella eligant, uel fugiant iudicio rationis. Sed in brutis est iudicium naturale determinatum ad hoc quod uno modo, proponitur uel occurrit, eodem modo accipitur, uel fugiatur. Contingit autem ex memoria præteritorum beneficiorum, uel flagellorum, ut bruta aliqd apprehendant quasi amicum & prosequendum uel separandum: & aliquid quasi inimicum & fugiendum uel timendum: & ideo post flagella ex passione timoris, quæ inde eis insurgit, inducuntur ad obediendum nutui instructoris. Nec est necessarium huiusmodi brutis fieri propter libertatem arbitrii: sed propter indifferentiam actionum.

Ad VIII. Dicendum, quod secundum August. super Genesim ad literam, Præceptum diuinum brutis factum, non ita factum esse credendum est, ut vox aliqua iussionis de nube facta sit eis aliquibus uerbis, quæ rationales animæ audientes intelligere, atque obedire solent. Non enim hoc acceperunt ut possint bestia, uel aues. In suo tamen genere obtemperant Deo, nō rationalis uoluntatis arbitrio: sed sicut mouet ille omnia temporibus opportunis, non ipse temporaliter motus, mouentur bruta temporaliter, ut iussa eius efficiant.

ARTICVLVS III.

Vtrum liberum arbitrium sit in Deo.

1. p. q. 19. art. 14.

TERTIO quaeritur, utrum liberum arbitrium sit in Deo. Et uidetur quod non. liberum enim arbitrium est facultas uoluntatis & rationis; sed ratio non competit Deo, cum nominet cognitionē discursiuam; Deus autē simplici intuitu omnia cognoscit. ergo Deo liberum arbitrium non cōpetit. ¶ 2. Præ. Liberum arbitrium est facultas, qua bonū & malum eligitur, ut per August. patet; sed in Deo non est facultas eligendi malum. ergo in Deo non est liberum arbitrium.

Et ex Aug. refert Hugo de S. Victore in tracta. super summa. c. 8. r. mo 3.

¶ 4. Præ. Liberum arbitrium est potentia ad opposita cum sit immutabilis, nec in malū facti possit. ergo liberum arbitrium non est in Deo.

¶ 5. Præ. Actus liberi arbitrii est eligere, ut patet per definitionem inductam; electio autem Deo non competit, cum sequatur consiliū, quod est dubitans & inquirēns. ergo in Deo nō ē liberū arbitriū.

F SED CONTRA est, quod dicit Anselm. si posse potest reeēt pars liberi arbitrii, & De⁹ & angeli liberi arbitrii nō haberēt, qđ est absurdū. ergo in cōueniens est dicere, qđ Deus liberum arbitrium non habet. ¶ 2. Præ. 1. Corin. 12. Hæc omnia operatur unus, & que idem spiritus diuidens singulis prout uult, & pro libero uoluntatis arbitrio. ergo Spiritus sanctus habet liberum arbitrium, & eadem ratione pater & filius.

RESPON. Dicendum, quod in Deo est inuenire liberum arbitrium: alio tamen modo in eo, & in angelis, & in hominibus. Quod enim in Deo sit liberum arbitrium, hinc apparet, quod ipse habet uoluntatis suæ finem, quem naturaliter uult scilicet suam bonitatem: alia uero omnia uult, quali ordinata ad hunc finem, quæ quidem absolute loquendo non necessaria uult, ut in præcedenti quaestione ostensum est: eo quod bonitas eius his, quæ ad ipsam ordinantur, non indiget nisi ad eius manifestationem, quæ conuenienter pluribus modis fieri pot. unde remanet ei liberum iudicium ad uolendū hoc uel illud, sicut in nobis est. Et pp hoc oportet dicere in Deo liberū arbitriū inueniri, & similiter in angelis. Non enim ipsi ex necessitate uoluntatis quicquid uolunt: sed hoc quod uolunt ex libero iudicio uolunt, sicut & nos. Aliter tamen inueniri liberū arbitriū in nobis, & in angelis, & in Deo variis em̄ priorib. necesse est posteriora uariis facultatibus liberi arbitrii duo presupponit naturā & uim cognitiuam. Natura quidem animæ modi est in Deo, quam sit in hominibus: & in angelis: natura enim diuina increata est, & illius esse & sua bonitas. unde in eo nō pot esse defectus aliquis, nec quantum ad esse, nec quantum ad bonitatem. Natura autem humana & angelica creata est ex nihilo principium sumens. unde quantum est de se possibilis est ad defectum. Et propter hoc liberum arbitrium Dei nullo modo flexibile est ad malum: liberum uero arbitrium hominis & angelii in suis naturalibus consideratum in malum flexibile est. Cognitio etiam alterius modi inuenitur in homine, quā in Deo & in angelis; homo enim habet cognitionem obumbratam, & cum discursu ueritatis notitiam sumētem. unde accidit ei difficultas & difficultas in discernendo, & in decidendo quia cogitationes hominum timide & incerte prouidentur nostre, ut dicitur Sapient. 9. Sed in Deo & in angelis suo mō est simplex notitia ueritatis absque discursu & inquisitione. unde nō cadit in eis dubitatio, aut difficultas in discernendo uel iudicando. Et iō Deus & angeli habent promptam electionē liberi arbitrii, homo uero in eligendo difficultatē patitur pp incertitudinem & dubitationē. Et sic patet quod liberū arbitriū angeli in eodem locum tenet inter liberū arbitrium Dei & hominis participans aequaliter cū utroque extremorum.

H AD PRIMVM ergo dicendum, quod ratio quodammodo sumitur large pro omni immateriali cognitione, & sic ratio inuenitur in Deo. unde Dionysius ter diuina nomina rationem ponit 6. capite de diuinis nominibus. Alio modo accipitur proprie pro uim cognitiuā cū discursu, & sic ratio nec in Deo nec in angelis inuenitur: sed in hominibus tantum potest ergo dici quod ratio in definitione liberi arbitrii ponitur secundum primam acceptionem. Si uero sumatur in secunda acceptione, tunc definitur liberum arbitrium secundum illum modum, quo est in hominibus.

AD II. Dicendū, qđ posse eligere malum, nō est de ratione lib. arb. sed consequitur lib. arb. secundum

dum qd est in natura creata possibili ad defectu. Ad III. dicendum, quod voluntas divina se habet ad opposita, non quidem ut aliquid velit & postea nolit, quod eius immutabilitati repugnaret: nec ut possit velle bonum & malum, quia defectu bilitatem in Deo poneret; sed quia potest hoc velle & non velle.

Ad IIII. Dicendum, quod hoc quod electio sequatur consiliu, quod cum inquisitione agitur, accidit electioni, secundum quod invenitur in natura rationalis, quae veritatis notitiam capit per discursum rationis: sed in natura intellectuali, quae habet simplicem acceptioem veritatis, invenitur electio abique inquisitione procedente, & sic electio in Deo est.

ARTICULVS IIII.

¶ *Primum liberum arbitrium sit potentia, vel non.*
¶ Quarto queritur, utrum libe. arb. sit potentia vel non, & videtur quod non: libe. m. n. arbi. secundum Aug. facultas est voluntatis & ronis: facultas autem dicitur quasi facilis potestas, cum ergo potentie facilitas ex habitu proveniat, quia secundum Aug. habitus est quo facile quis agere potest, videtur quod lib. arb. sit habitus.

¶ 2 Præ. Operationu que dam sunt morales, qdã naturales: sed facultas quæ est ad operationes morales, est habitus, nō potentia, sicut patet de virtutib. moralib. ergo & libe. arb. quod importat facilitatē ad operationes naturales, est habitus, nō potentia.

¶ 3 Præ. Secundum Phil. in 2. Phy. si natura faceret nauim, faceret eam sicut ars, ergo facilitas naturalis est eiusdem conditionis cuius est facultas, q̄ fit per artes: sed facilitas quæ fit per artes, est habitus quidam ex operibus acquisitus, sicut patet in virtutibus moralibus ut arte fieri dicamus omnem id, quod ratione agitur, ergo & facultas siue facilitas naturalis, quæ est lib. arb. erit habitus quidam.

¶ 4 Præ. Secundum Phil. 2. Eth. habitus sūt secundum quos nos aequaliter agimus, potentie vero sūt quas simpliciter agimus: sed lib. arb. nominat non solum id, quo agimus, sed id, quo aequaliter agimus. si libere, ergo lib. arb. nominat habitū, sed dicendum, quod cum dicitur habitus est quo aequaliter agimus, intelligendum est bene, vel male.

¶ 5 Sed contra, illud quod est de rōne habitus, omni habitus est commune: sed bene & male agere nō est commune omni habitui, nam habitus speculatiui non se habent ad bene vel male, ut dicitur, ergo bene vel male agere nō est de ratione habitus.

¶ 6 Præ. Id, quod tollitur per peccatū, nō potest esse potentia, sed habitus: lib. autem arb. tollitur per peccatū: quia ut Aug. dicit homo utens male libe. arb. & se perdit & ipsum, ergo libe. arb. est habitus, & non potentia, sed dicendum, quod verbū An. intelligitur de libertate gratiæ, quæ est per habitū.

¶ 7 Sed contra, habitu gratiæ secundum Aug. nullus male utitur, ergo libe. arb. quo aliquis male utitur, non potest libertas gratiæ intelligi.

¶ 8 Præ. Ber. dicit quod lib. arb. est habitus animi liber sui, & sic idem quod prius.

¶ 9 Præ. Facilius est exire in actum cognitionis, q̄ operationis: sed potentia cognitiue datus est aliquis habitus naturalis, si intellectus principiorum, q̄ est in summo cognitionis, ergo & potentie operative siue motiue datus est aliq̄s habitus naturalis. Cū ergo supremū locum i motiuis lib. arb. tenere videat

A tur, videtur quod sit habitus vel potentia per habitum perfecta.

¶ 10 Præ. Potentia non restringitur, nisi per habitum: sed voluntas & ratio restringitur in libe. arb. voluntas enim est possibilis & impossibilis, cum tamen lib. arb. non sit impossibile, similiter ratio est eorum quæ sunt in nobis, & eorum quæ non sunt in nobis, libe. autem arb. solum eorū q̄ sunt in nobis, ergo libe. arb. habitū nominat.

¶ 11 Præ. Sicut potentia nominat aliquid superadditum essentie, ita facultas dicit aliquid superadditum potentie: quod autem superadditur potentie, est habitus, cum ergo libe. arb. sit facultas, videtur quod sit habitus.

¶ 12 Præ. Aug. dicit quod lib. arb. est vitalis, & rationalis anime motus: sed motus actū nominat, ergo libe. arb. est actus, & non potentia.

¶ 13 Præ. Iudicium secundum Boet. est actus iudicantis, arbitrium autem idē est quod iudicium, ergo & arbitrium est actus: sed hoc quod additur liberum non trahit extra genus actus: quia actus liberi dicuntur, qui sunt in potestate agentis, ergo libe. arb. est actus, & non potentia.

¶ 14 Præ. Secundum Aug. in li. de Trin. id, quod excedit suum subiectum, inest alicui essentialiter, non accidentaliter. vnde probat, quod amor & notitia in sunt menti essentialiter: quia mens, non solum seipsum amat & cognoscit, sed alia: libe. autē arbi. extendit se ultra subiectum: quia anima libere agit in ea, quæ sunt extra ipsam, ergo libe. arb. essentialiter inest anime, & ita non est potentia, cum potentia essentie superaddatur.

¶ 15 Præ. Nulla potentia educit se in actum: sed lib. arb. educit se in actum cum voluerit, ergo libe. arbi. non est potentia.

¶ SED CONTRA, Secundum Phil. in 2. Eth. tria sunt in anima, potentia, habitus & passio: libe. autem arbi. nō est passio, cum sit in superiori anime parte: passio autem, & passibilis qualitas sunt solum circa partem sensitivam: similiter non est habitus, cum sit subiectum gratiæ, habet enim se ad gratiam secundum Aug. ut equus ad fessore, habitus vero non potest alterius habitus esse subiectum, ergo relinquitur, quod liberum arbitrium sit potentia.

¶ 1 Præ. Hoc videtur inter potentiam & habitum distare, quod potentia quæ se ad opposita habet per habitum determinatur ad vnum: sed libe. arb. nominat aliquid ad opposita se habens, nullo modo determinatum ad vnum, ergo libe. arbi. est potentia, & non habitus.

¶ 2 Præ. Ber. dicit, tolle libe. arbi. & non est quod saluetur: sed id, quod saluetur, est anima uel anime potentia, ergo libe. arbi. cum non sit anima, quia ad solam partem superiorem pertinet, relinquatur quod sit potentia.

¶ 3 Præ. Magister dicit in 2. sent. 24. dist. illa anime rationalis potentia, qua velle bonum uel malum potest utrumque discernens, lib. arbi. nuncupatur, & sic libe. arbi. est potentia.

¶ 4 Præ. Ansel. dicit quod libe. arbi. est potestas conservandi rectitudinem voluntatis propter se, & sic idem quod prius.

¶ RESPON. Dicendum, q̄ libe. arbi. si vis uocabuli attendatur, nominat actum: sed ex usu loquendi tractum est ut significet i quod est principium actus. Cum n. dicimus esse hominem libe. arb. nō intelligim⁹ qd̄ actū libere iudicet, sed quod hēant in se unde possit libere iudicare. nū si iste actus, q̄ est

Li. r. Hypo noticō non precul a prin. tom. 7.

p. de Tri. c. 4. tom. 3.

Ca. 5. ta. 5.

Li. 3. Hypo noticon a med. li. 10. 7.

In li. de li. arb. non re mota a pri.

Magister li. 2. sen. di. 24.

Li. de Concordia gratiæ & libe. arb. cap. 1.